alexander cum macedonibus et grecis ſtetit armatus ex alia pte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

Perſe vero in tm̄ ledebant̄ ab elephantib⁹ ꝙ nullaten⁹ audebāt hoſtib⁹ appropiquare. Cogitans igit̄ alexand̄ ſapient̄ elephātes deuincere / ferebat ſecū ſtatuas ereas poſitas in curribus ferreis quas calefieri iuſſit et impleri viuis carbonib⁹ vt calor eaꝝ nō deficeret et illos iuſſit deportari ante elephantes. Qui videntes eas eſtimanteſq; eſſe homines extendebant ꝓmuſcides ſuas more ſolito vt caperent eas. ſtatimq; ꝑ nimio calore incēdebant̄. rede unteſq; retro exturbabant̄ et nullomō pergebāt iteꝝ pugnaturi cū hoib⁹ timentes ne incenderent̄. Videns autē porus hoc ꝙ de elephantib⁹ factum erat / turbatus eſt valde. Medi vero et perſe facientes impetū cū ſagittis ſuper indos cunctos proſternebant et multitudo vtriuſq; populi cadebat in ipſo prelio. Itaq; cōtinuo per dies. xxx. vtreq; partes pugnauerūt / ceperūtq; deficere medi et perſe in ipſa pugna. Qd̄ cū vidiſſet alexander iratus eſt valde Et aſcendēs caballū qui dicebat̄ bucephalus ingreſſus ē pugnā et preliauit viriliť et macedones et greci cum eo. quinetiā et ipſe caballus adiuuans eos multū / ſtatimq; cadere cepit multitudo ex indis. Porus vero cū vidit ſuos ī bello deficere terga uerſus aufugit et indi qui remanſerūt de p̄lio ceperūt fugere poſt eū Alexander vero caſtrametatus eſt ibi. et fecit dijs ſuis victimas p̄cepitq; ſepeliri tā indos ꝙ̄ ſuos qui interfecti fuerāt in ipſo p̄lio.

De victoria quā habuit alexander cum poro et quō apprehendit ciuitatē pori et inuenit in ea incredibilia ſenſibus humanis.

Altera autē die expugnauit ciuitatē pori apprehēditq; eā Et ingreſſus palaciū eius inuenit ibi que incredibilia humanis mentib⁹ vident̄. i. q̄dringentas columpnas aureas cū capitellis aureis. et vineā aureā pēdentē inter ipſas columpnas que habebat folia aurea et racemos habebat alios de criſtallo alioſq; de margaritis et onionib⁹ et alios ſmaragdinos et onichinos. Erātq; parietes illi⁹ palacij inueſtiti de laminis aureis quas macedones incidentes inueniebant groſſas et ſpiſſas ad inſtar digiti vni⁹ manus hominis. Et erāt parietes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

ipſi ornati ex margaritis et onionibꝰ carbunculis et ſmaragdis
et ametiſtis. Porte vero ipſiꝰ palacij oēs erant eburnee et laque
aria argentea| et camere eiuſdem ligni cipreſſini. In aula autē
ipſiꝰ palacij quedā ſtatue auree ſite erāt int̄ q̄s ſtabant platani
aurei in quaꝝ ramis ſedebant genera multaꝝ auiū diſtinctaꝝ
quālibet ſuo colore depicta que etiā vngulas et roſtra habebant
aurea et ad aures eaꝝ pēdebāt margarite et onioēs. Et qn̄ porꝰ
rex volebat ꝑ artē mathematicā factū erat ꝙ oēs melodificabāt
vnaq̄qꝫ ſcd̄m ſuā naturā. Inueīt inſuꝑ in ipſo palacio vaſa au
rea habūdant et candelebra necnō menſā triclinij totā aureā et
tronū illiꝰ totū aureū et pauimētū coopertū de p̄cioſis lapidibꝰ
cōtinentibꝰ in ſe naturā. xij. lapidū. Inuenitqꝫ ibi vaſa gēmea et
criſtallina ex omni genere facta ad vtilitatē hoīm ꝑtinencia.

De regno feraꝝ et de prima lrā quā miſit
alexander taliſtridi regine amazonū.

DEinde āmoto exercitu venit ad portas caſpias et caſtra
metatus eſt ibi. erat autē ipſa terra valde bona ſed erat
ibi diuerſa genera ſerpentū et feraꝝ. Et ſtatim ſcripſit
eplām ad taliſtridā reginā amazonū cōtinentē ita. Rex regū
alexander filiꝰ dei hamonis et regine olympiadis taliſtride regīe
amazonū gaudiū. Pugnā quā cū dario fecimꝰ et quō ſubiuga
uimꝰ regna eiꝰ credimꝰ ꝙ vobis nō ſit incognitū et quēadmod
pugnauimꝰ cū poro rege indoꝝ et cepimꝰ ciuitatē ſuā necnō cū
alijs pluribꝰ gentibꝰ que nullomō nobis reſiſtere potuerunt. et
hoc etiā credimꝰ vobis nō eſſe incognitū. Qua ꝓpter precipimꝰ
vobis vt ꝑſonalit̄ nobis cenſū mittatis ſi vultis ꝙ nō veniamꝰ
ſuꝑ vos cū potēcia noſtra et īferamꝰ vobis aliqd̄ malū. Accepta
itaqꝫ taliſtrida regina hāc epiſtolā reſcripſit alexandro epiſtolā
cōtinentē ita.

Epiſtola taliſtride regine ad alexādrū et quō dicta regīa erat
ſola cū mulieribꝰ ſine viris.

TAliſtrida regina amazonū cū ceteris amazonibus potē
tiſſimis atqꝫ forciooribꝰ omnibꝰ militibꝰ qui ſub celo ſūt
Alexādro regi regū gaudiū. Scribimꝰ et ſignamꝰ vobis

vt anteꝙ venias in finibus noſtris cogites quō venias ne paci
atis a nobis turpitudinē et anguſtiam quā a nullis paſſus es.
Si vis ſcire habitacionē et cōuerſacionē noſtrā ſignamus eas
vobis per has lr̄as. Scias qꝛ habitacio noſtra eſt vltra quendā
fluuiū in quadā inſula cingenſqꝫ ipſe fluuius eam in gyro et
neqꝫ inicū neqꝫ finem habet. Ex vna parte habemꝰ anguſtum
introitū et ſumus in numero habitanciū femine ducente q̈tuoꝛ
decem milia que nō ſumus inquinate a viris. Viri cōiugatarum
nullomodo habitant inter nos. ſed vltra fluuium in alia parte
et per vnūquēqꝫ annū celebramꝰ feſtiuitatē iouis diebꝰ triginta
et ſic tranſimꝰ cōmiſceri cum noſtris hoībꝰ et ſumꝰ cū illis alijs
triginta diebꝰ. Qui vult remanere in leticia cū vxoꝛe ſua tenet
eam per vnū annū. Qđ ſi mulier pariens genuerit maſculum
tenet eum ſecum vſqꝫ ad annos ſeptem. Et poſt ſeptem annos
reddit eum patri ſuo. Si autem femina parit filiam tenet eam
ſecum et noſtris moribus nutritur. Et qn̄ pugnatum venimus
cū aliquo noſtro inimico ſumꝰ in numero decies dena milia equi
tātes cū ſagittis. Alie vero cuſtodiūt inſulā noſtrā et obuiamꝰ
inimicis noſtris vſqꝫ ad quoſdā montes. Viri autē noſtri veniūt
poſt nos et cū reuerſe cū victoria ſumus de pꝛelio adorant nos.
Et ſiqua ex nobis ceciderit vel fugerit de ꝑlio ille que ſupvixerūt
auferūt ab ea hereditatē. Vnde opoꝛtet nos pugnare vobiſcum
viriliter et oſtendere in vobis virtutē noſtrā. Quia ſi nos viceri
mus. nobis erit laus et vobis ignominia. ſed ſi vos viceritis.
nullam habebitis laudem eo ꝙ feminas viceritis. Itē ſi auferre
aliquid a nobis queritis nil īuenietis. Caue tibi itaqꝫ imꝑatoꝛ
ne tibi cōtingat turpitudo a nobis quā a nullis paſſus es. Ecce
ſignamꝰ tibi cōſuetudinē ꝙ omni āno facimꝰ. Tu autē cōſidera
quid facere debes celerit̄. Quia ſi pugnaturꝰ veneris ſcias quia
ad ipſos montes exibimꝰ obuiā vobis. Relata igitur alexandro
epiſtola cepit ridere et reſcripſit eis epiſtolam.

Epiſtola alexandri ad reginā amazonū ſecunda et quomō
regina cum alijs mulieribus ſe ſubmiſerit alexandro.

REx regū alexandʳ filiꝰ dei hamonis regis taliſtride regie
amazonū cū ceteris amazonibus gaudiū. Tres partes
huiꝰ mūdi ſubiugauimꝰ nobis. i. aſyā africā. et europā
et victorioſi cōtra illos fuimus. Si autē vobiſcū pugnamꝰ turpi
tudo nobis eſt. Sed tamē damꝰ vobis cōſiliū ꝙ ſi non vultis
perire et dimittere terrā veſtrā nō exeatis obuiā nobis ad ipſos
montes ſicut dixiſtis. ſed ſtate in inſulis vrīs et cū viris vrās an
p̄ñciā noſtrā veniatis. Juro enī vobis per hamonē patrē meum
et ꝑ iunonē. et ꝑ mineruā deas nrās qȝ nullū malū paciemī a
nobis. Cenſū q̄ntū vultis date et ſic in pace vos dimittā. Eq̄tes
autē ex veſtris amazonibꝰ q̄ntos vultis date nobis et honorifice
eos recipiemꝰ et dona optima faciemꝰ latoribꝰ et dimitteꝰ eos
redire. Et quitq̄d exiñ debetis facere cōſiderate et ſcribite nobis
Jlle vero cogitātes direxerūt ei polletros indomitos optīos. x.
et equos albos optīos. x. quoꝝ ſilēs nō reperiebantᷣ. Et regina
cū multis p̄ñtauit ſe alexandro. Et facta pace redierūt ad ſua.

De magna anguſtia et ſiti quas paſſus eſt alexandre
cum toto exercitu ſuo ab animalibꝰ per partes indie.

EOdem tp̄e nūciatū eſt alexādro. ꝙ porus rex indoꝝ qui
de prelio fugerat erat in bactride et cōgregabat exercitū
vt aliā pugnā cū alexandro committeret. Quo audito alex
ander āmoto exercitu ſuo et electis. cl. duabꝰ qui viā ſciebāt ex
menſe auguſti cepit ire per ardentiſſimū ſolē et per loca īaquoſa
vbi erat multitudo ſerpentū feraꝝ beſtiaꝝ et beluaꝝ. Et ſtatī p̄
cepit alexāder vt oīs populus armatus iret. Factūqȝ ē. Et ibat
exercitus totus armatꝰ et reſplēdebāt ad inſtar ſtellaꝝ eo ꝙ oīa
coꝝ arma vndiqȝ erant deaurata. Et tota die āmbulātes aquā nō
īueniebāt. Tūc quidā miles ex macedōibꝰ cui nomē erat zephir
īuenit paucā aquā in vna petra cauata q̄ ſtatī implens galeā
ſuā ex ea attulit alexādro. Vidēs autē alexandʳ aquā ipſam cogi
tauit ſapientʳ qualitʳ exercitꝰ ſuꝰ cōfortaretᷣ et iuſſit ipſam aquā
effūdi corā oībꝰ Videntes enī hoc milites ſui cōfortati ſunt valde

Deinde ceperūt ire. Alio namq; die venerūt ad fluuiū cui⁹ ripa
plena erat ex calamis groſſis quaſi pin⁹ erantq; ripe altitudo
quaſi pedib⁹ ſexaginta. Tūc p̄cepit alexād̄er afferri ipſam aquā
que guſtu amara erat quaſi elleboꝝ et macedones bibentes eā
interiebāt. Anguſtiabat itaq; alexander et exercitus totus nō
tantū pro ſeipſis q̄ntū pro multitudine beſtiaꝝ que deficiebāt ex
ſiti. Nā ſecū habebat alexander mille elephantes qui portabāt
aurū ei⁹| et quadrigentas quadrigas falcatas| et. m. cc. bigas
equites vero. c. milia. camelos mulos. dromedarios infinitam
multidinē portātes annonā regis et exercitus neceſſaria. Habe
bat etiā boues vaccas pecudes porcos in īnumerabili mltitudīe
In tantū erant diuites facti ipſi macedones q̄ vix deferre ſecū
poterant ſuū aurū. Pecora vero illoꝝ non poterant ſe cōtinere
pre nimia ſiti. Milites vero eius alij lingebant ferrū. alij bibe
bant oleū. alij vero neceſſitate cōpulſi vrinā ſuā bibebāt. Erat
maxima ei⁹ anguſtia eo q̄ erat ibi multitudo ſerpentū propter
q̄d incedebāt omēs armati. Alexander vero anguſtiabat nimis
nō tantū pro ſe quātū pro ſuo exercitu.. Igitur alexād̄er ſecut⁹
eſt ripā dicti fluuij qui habebat amarā aquā et ad octauā horā
diei p̄uenit cū ſuo exercitu ad quoddā caſtellū q̄d erat poſitū in
ripa eiuſdē fluminis ab alia parte conſtructū ex p̄dictis calamis
et erat latitudo ipſius fluuij quaſi ſtadia quatuor et apparuerūt
homines pauci in ipſo caſtello Videns autē eos alexander iuſſit
interrogare eos indica lingua vbi inueniretur aqua dulcis. Illi
vero ceperūt ſe abſcōdere. Alexand̄ vero p̄cepit iactari aliquātas
ſagittas ibidem et illi magis ac magis ſe abſcōdebant. Videns
alexād̄er quia nullomō volebāt ei loqui p̄cepit vt aliq̄nti milites
ingrederent̄ nudi in ipſo fluuio et irent ad ipſū caſtellū Factūq;
eſt vt ingreſſi ſunt in ipſo fluuio quidam audaces milites nudi
euaginatis gladijs numero triginta ſeptē qui iā partē quartā
fluuij natauerūt Subitoq; ſurgētes belue ipſi⁹ fluuij que dicūt̄
ypotaurti deuorauerūt eos. Et ambulātes tota die fatigati ſunt
ex ſiti eratq; ſup̄ hoc eis āguſtia maxima quia occurrebant eis
vrſi leones rinocerontes tygres et pardi pugnantes cum eis.

15)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

De anguſtia magna quā paſſus eſt alexander
cū ſuis militib9 a beſtijs mirabilib9.

Girantesq̃ ipſū fluuiū ex alia partes circa .xlaz. horā pue
nerūt ad ſtagnū mellifluū ac dulce et caſtrametati ſunt
ibi Erat latitudo et lōgitudo ipſi9 ſtagni ad tria miliaria
Deīn iuſſit alexand incidi ſiluā de p̄dictis calamis q̄ erāt ſtātes
iuxta ſtagnū. erat q̃ ſpacioſum ſtagnū illud per vnū miliare in
quo ſpacio iuſſit alexāder incendi focos plurimos. Cumq̃ luna
lucere cepiſſet ſubito venire ceperūt ſcorpiones ad bibendū de
ipſo ſtagno. Poſt hoc venire ceperūt ſerpētes et dracones mire
magnitudis ex diuerſis colorib9 et per totā illā terrā reſonabat
ſibilus eoꝝ venīeciū ad bibendū de ipſa aqua. Qui eciā hēbāt
criſtas in capite ferentes pectora erecta et ora aperta q̊ꝝ flatus
mortalis erat et oculi eoꝝ ſtillabāt venenū. videntes enim eos
exercitus timore perterriti extimabāt ſe omnes mori.

Quomō alexander cōfortauit milites ſuos
ne in anguſtijs deficerent.

Tunc alexāder cepit cōfortare eos dicens. O cōmilitones
fortiſſimi nō turbet anim9 veſter ſ; ſicut me videtis facē
ita facite. Et hoc dicens ſtatī accepit venabulū et ſcutū
et cepit pugnare cū dictis draconib9 et ſerpētib9 qui ſup ipſis
veniebāt et milites ſimilia faciebāt. Alij vero occidebant armis
alios igne cremabāt. Sed tn̄ interfecti ſunt a draconib9 viginti
milites et triginta ſerui. Deinde exierūt ex ipſo arūdineto cācri
mire magnitudis hn̄tes dorſa duriſſima ſicut cocodrilli. Et iactā
tes ſup eos milites lanceas ſuas nullomō pforabāt dorſa illoꝝ
ſed tn̄ mltos ex eis occiderūt igne alij intrauerūt in ipſū ſtagnū
Iā venerat quinta vigilia noctis et ſubito eis ſupuenerūt albi
leones maiores thauris et cū magno rugitu cōcucietes ceruices
ſuas fecerūt impetū in eos Milites vero recipiētes eos in vena
bulis ſuis occidebant eos.

De beſtijs mirabilib9 et viris et mulierib9.

Poſt hoc ceperūt venire porci mire magnitudinis hn̄tes
dētes lōgos ad modū cubit9 erantq̃ mixti int̄ eos hoīes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

agreſtes. ſ. maſculi et femine habētes per ſingulos ſex manus
et currebant ſup eos cū porcis. Milites autē recipientes eos in
venabulis ſuis occidebant eos. Anguſtiatus autē alexander plu
rimū cum exercitu ſuo iuſſit accendi focos plurimos circa ipſum
exercitū. Et ecce ſubito ſupuenit eis beſtia quedā mire magnitu
dinis forcior elephanto et ſimilis caballo hūs caput nigrū et
tria cornua armata ī fronte cui nomē erat odonta tyrāpn9 ſcd̄m
linguā indicā. que anteq̄ biberet de ſtagni aqua irruit ſup eos
Alexander vero diſcurrēs huc atq3 illuc cōfortauit milites ſuos
Et irruens beſtia ī exercitu occidit hoīēs. xxvi. et. xl. ex eis vulne
rauit. Tandem mortua fuit ipſa beſtia ex pcuſſionib9 armatoꝝ
Deinꝰ exierūt de dicto arūdineto mures maiores talpis q̄ come
debāt mortuoꝝ corpa et q̄ncq3 aīalia mordebāt ſtatī moriebanť
hoīb9 vero nō nocebat morſus illoꝝ. Volebāt ibidē etiā veſpertilio
nes maiores colūbis hn̄tes dētes ſiles dētib9 hoīm qui pcuciebāt
et vulnerabant facies hoīm. aliquib9 tollentes nares aliquib9
aures. Appropinquāte autē luce venerūt aues magne ibidem
tanq̄ vultures color eaꝝ erat rubicund9 pedes et roſtra nigra
nō tamē nocuerūt eis. ſed impleuerūt totā ripā ipſius ſtagni.
et ceperūt exinde piſces et anguillas cōmedentes eas corā oīb9.

Quō alexander dimiſit loca piculoſa et iuit ad ſeres

Deinde amoto exercitu dimiſerūt loca piculoſa et venerūt
in loca cāpeſtria et ſpacioſa in quib9 habitabant hoīēs
pleni auro et argento et aliis diuiciis. Hoīes ipſi9 t̄re
benigniſſime receperūt alexādrū et ſuos et multa dona dederūt
alexādro et exercitui ſuo et māſerūt ibi p. xx. dies. Inuenerūtq3
gentes que nominanť ſeres. Erāt etiā ibi arbores quaꝝ folia
erant vt lana que ipſe gentes colligebāt et veſtimenta ſibi exinꝰ
faciebant. Milites vero alexandri ceperūt ire audacius animo
propter victorias et proſpera que habuerant de ipſis terris.

De ſecunda pugna pori et de morte ipſi9 pori.

ET exinde ãmoto exercitu alexand᷑ venit in loco vbi por⁹
cũ ſuo ſedebat exercitu. Altero aũt die ordinate ſunt vtriqꝫ
acies ĩ campo alexand᷑ cũ ſuis. et porus cũ ſuis. Alexãd᷑
vero ſedẽs ſuꝑ caballũ ſuũ q̃ dicebat᷑ bucephalus et facto ĩpetu
ſtetit añ oẽs ſuos et ſtatĩ ſonuerũt tubas bellicas ꝑ partes et cõ
mixte ſunt vtriqꝫ hoſtes et ceperũt acriter pugnare int᷑ ſe et intfi
ciebat᷑ ex vtriſqꝫ maxĩa pars. Videns autẽ porus ſuos in bello
deficere ſtetit añ oẽs et eleuata voce dixit ad alexandꝝ. Nõ decet
imꝑatorẽ ſic inaniũ ſuũ perdẽ ꝓplm ſed oportꝫ ſemetip̄m oñdere
v̄tutẽ ſuã Sit igit᷑ ꝓplũs tu⁹ in vna parte et me⁹ ĩ altera et ego
et tu ſoli pugnem⁹ manu ad manũ. Cđ ſi viceris me ꝓplũs me⁹
ſit tuus. ſi vero ecõtra in manib⁹ meis defeceris ꝓplũs tu⁹ michi
cõputet᷑. Hoc ꝓinde dixit porus qꝛ vilipẽdebat corpus alexandri
ꝓpter paruitatẽ forme ei⁹ eo ꝙ ſtatura puſillus erat nõ hñs in
longitudine niſi tria cubita et cõfidens in altitudĩe corꝑis ſui q̃
hẽbat cubitos quinqꝫ. Factũqꝫ ẽ ꝙ vtriqꝫ hoſtes ſeparati ſunt ab
inuicẽ et pugnauerũt ambo. Cũqꝫ vidiſſent milites pori dñm
ſuũ declinare ab ictib⁹ vociferare ceperũt. Porus vero ad voci
feracionẽ ſuoꝝ tergauerſus voluit arripere fugã. ſed alexander
impetũ faciens in eũ ꝑcuciẽſqꝫ caput ei⁹ gladio extixit eũ. Indi
vero vidẽtes hoc ceperũt acrit᷑ pugnare cũ macedonib⁹ cupiẽtes
vindicare dñm ſuũ. Quib⁹ alexand᷑ dixit. Miſeri poſt mortẽ vrĩ
regis quid pugnatis? Cui indi dixerũt. Meli⁹ ẽ nobis pugnare
viriliť et mori ĩ bello ꝙ̃ videre deſolacionẽ gẽtis nr̃e ac dep̄dacõm
t̃re nr̃e. Quib⁹ alexand᷑ dixit Ceſſet nũc pugna vrã et ite liberi
et ſecuri in domib⁹ vr̃is qꝛ nullã a nobis paciemĩ iniuriã eo ꝙ
nõ p̄ſumpſiſtis pugnare mecũ niſi ſolus rex veſter. Hec autẽ di
cẽte alexãdro oẽs indi eiectis armis ceperũt laudare alexandꝝ
et bñdicere q̃ſi deũ. Alexand᷑ vero caſtrametat⁹ ẽ ibi et fecit dijs
ſuis victimas. Et p̄cepit vt ſepelirẽt oẽs qui in ipſo ꝓlio interfecti
erant. et iuſſit eciã ipſũ porũ regẽ honorifice ſepeliri.

Quõ alexand᷑ iuit ad hoĩes oxidrates q̃ genoſophiſte noĩant᷑

ET cõgregato magno exercitu alexand᷑ ꝑuenit ad oxidrates
qui nõ ſunt ſuperbi hoĩes nõ pugnant cũ aliqua gente.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

nudi ambulant in tugurijs et in ſpelūcis et nō hñt ciuitatē neqꝫ
habitacionē et dicūtˀ gignoſophiſte. Cū autē audiſſet rex gētis
iſtiꝰ aduentū alexandri miſit ad eū epiſtolā cōtinentē ita.

De lrā quā miſerūt oxidrates ad alexandrū et de vita eoꝝ.

Incorruptibiles gignoſophiſte alexādro hoī ſcribimꝰ. Audi
uimꝰ ꝙ venias ſup nos. Qđ ſi pugnaturꝰ veneris nichil
lucri acquires. Quia ꝙ extorquere vel auferre a nobis
cupis nō īuenietˀ. Et ꝙ natura nobis dat nō pōt a nobis auferri
niſi quantū diuina ꝓuidencia cōcedetˀ. Vñ ſi pugnaturꝰ veneris
noſtrā ſimplicitatē nullatenꝰ dimittemꝰ. Relecta igitˀ alexander
epiſtola mādauit illis dicendo et nos pacifice venimꝰ ad vos.
Ingreſſus igitˀ alexand' ad eos et videns illos ābulare nudos et
habitare in abditis et tugurijs et in ſpeluncis et vxores eoꝝ et
filios ſeꝑatos ab illis. At illi oſtendētes ei tuguria et ſpeluncas
in quibꝰ hītabāt dixerūt ad eū. Vnus cubitus ſufficit vnicuiqꝫ
noſtrū. Poſt hoc dixit alexander. Petite ꝙ vultis et dabo vobis
Qui dixerūt. Da nobis īmortalitatē. Quibus alexander rñdit
Cum ſim mortalis quō poſſum vobis īmortalitatē dareˀ. At illi
dixerūt. Si mortalis es quare vadis tot et tanta mala operādo
Quibꝰ ille rñdit. Iſta naqꝫ cauſa nō gubernatˀ niſi a ſuꝑna pro
uidencia. Oēs miniſtri eiꝰ ſumꝰ eiꝰ iuſſionē facientes. Scitis qꝛ
mare nō turbatˀ niſi ventus in eo validꝰ ingrediatˀ. Volo naqꝫ
quieſcere et diſcedere a ꝓlijs. ſed dñs ſenſus mei nō me ꝑmittit
facere hoc. ſi aūt oēs eſſemꝰ vniꝰ intelligētie totꝰ hic mūdꝰ vna
via incederet. Et hoc dicens dimiſit eos illeſos.

De mulieribꝰ ſedentibꝰ in equis.

Alio itaqꝫ die āmoto exercitu ꝑuenit alexāder ad locū vbi
erant due ſtatue quas poſuerat ibi hercules vna aurea
et alia argētea hñtes lōgitudinē pedū. xij. et latitudinē
duoꝝ cubitoꝝ. Et videns eas alexander iuſſit ꝑforari vt videret
ſi eſſent fuſiles. Cūqꝫ perforate fuiſſent et inuente fuſiles ꝑcepit
claudi foramē illaꝝ relinquens ibi aureos. m. quingentos.

Et inde āmoto exercitu ingreſſus ē locū deſertū frigidū atqꝫ
obſcurum in tantū vt vix agnoſcebantˀ inter ſe milites. Deinde

ambulantes ſeptem diebꝰ venerunt ad fluuiū calidum. inuene
runtqꝫ vltra ipſum fluuiū mulieres ſpecioſas nimis habitātes
ibi indutas horridis veſtimētis et ſedentes in equis tenentes in
manu arma argentea eo ꝙ ferramenta nec ferꝝ non haberent
neqꝫ maſculi cum illis habitabāt. Cumqꝫ tranſire voluiſſet alex
ander ipſum fluuium minime potuit quia latitudo ipſius erat
magna necnō plenus draconibus magnis et beluis

De pugna cū elephantis.

Deinde girātes a ſiniſtra ꝑte indie ingreſſi ſūt in q̄dam
paludē ſiccam plenā ex arūdinibus. Per quā cū vellet
alexāder tranſire cū ſuo exercitu cōtinuo exijt vna beſtia
ſimilis ypotauro pectꝰ habēs ſicut cocodrillꝰ et fortiſſimos pilos
ſicut ferra in dorſo in acceſſu vero tarda vt teſtudo q̄ ſtatī duos
milites occidit de exercitu. Milites aūt nō valētes eā cū lanceis
trāſforare tandē cū malleis ferreis occiderūt illā. Et deābulātes
venerunt ad vltimā ſiluā indie et caſtrametatꝰ eſt ibi iuxta flu
uiū buemā Circa vero vndecimā horā ceperūt de illis ſiluis mul
titudo elephantorū venire ſup eos et ſtatī alexander aſcēdit ī ca
ballū ſuū bucephalū et cepit ire cōtra eos. Et precepit macedo
nibus vt aſcenderēt ſup equos ſuos et ducerēt ſecū porcos cōtra
elepantes. Factūqꝫ eſt ita. Et vidētes eos elephantes ceperunt
tendere ꝓmuſcides ſuas vt caperēt eos Macedones vero vidētes
eos timore ꝑterriti nullomō ibant ſuper eos. Quibus alexander
dixit. Viri cōmilitones fortiſſimi nolite turbari q̄a poſſumꝰ hos
elephantes vincere ſi non ceſſauerint ſtridere porci factumqꝫ eſt
vt elephātes audito ſtridore porcoꝝ et ſonitu bucinatū ſtupefā
fugerent. Alexander vero et milites eius ꝑſequebantur eos cum
venabulis et enſibus ſubneruabant eos. Et multos ex eis occī
dentes abſtulerunt dentes eorum et reuerſi ſunt ad caſtra.

De mulieribus barbatis habitantes in ſiluis.

Alio namqꝫ die āmoto exercitu cepit ire per ipſas ſiluas
indie et inuenerunt mulieres ibi habentes barbas vſꝫ
ad mamillas et caput planū pellibus indutas. Quas
inſequentes apprehenderunt ex eis aliquantas. Quas cū vidiſſꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

alexander iuſſit illas interrogari indica lingua quō viuerēt in ſiluis. Que reſponderūt. Ex venacione feraꝝ viuimus quas in ſiluis capimꝰ venando.

De hominibꝰ et mulieribꝰ nudis quoꝝ natura erant ſtare in aquis et in terra.

DEinde exierūt in campū patentē. Unde dictus fluuiꝰ veniebat. inuenerūtqꝫ ibi mares et femīas nudas hn̄tes corpus totū piloſum ſicut beſtie quaꝝ cōſuetudo erat in flumine vt in terra habitare Cū iſti vidiſſent exercitū alexandri ſtatī in flumē ſe ſubmerſerūt. Deinde ingreſſi ſunt ī ſiluā plenā kynocephalis q̄ videntes exercitū impetū fecerūt cōtra eū. Alexād' vero et milites ſui cū ſagittis interfecerūt ex eis maximā partem et reſidui diſperſi ꝑ ſiluas fugere ceperūt. Et inde ābulantes venerūt ī campū deſertū et caſtrametati ſūt ibi. Circa aūt. xi. horā tanta vētus euri flare cepit qꝫ oēs papiliones et tentoria ipſius exercitus in tra deiiciebat. Uñ facta ē maxīa ꝑturbacio ī ipſo loco Auferebat ventus ille fauillas et ticiones de focis accenſis et ferendo illos per caſtra incēdebat ea. Tunc oēs ꝑpli murmurātes ceperūt dicere intra ſe qꝛ per irā deoꝝ hoc accidit. Alexand' āt cepit cōfortare eos dicēs. O cōmilitones fortiſſimi nolite terreri Nō enī hoc accidit ira deoꝝ. ſꝫ ꝓpter eq̄noxiū autūpnale Sedato vento illo ceperūt milites recolligere oīa diſperſa a vento.

De niue magna vt lana et faculis ardētibꝰ cadētibꝰ de celo.

ET inde āmoto exercitu venerūt in quādā vallē maximā vbi cadebāt niues tāq̄ lana magna Sꝫ anq̄ ingrederet' alexand' in ipſa valle īuenit vnū de militibꝰ ſuis etate cōfectū in itinere nimiſqꝫ a niue oppreſſum . Statiqꝫ deſcēdit et eleuās eū ad caſtra adduxit. et calefaciēs eū refecit. Tūc p̄cepit alexand' accendi focos plīmos qꝛ frigus magis ac magis creſcebat. Ceperūtqꝫ cadere niues maiores q̄ lane pecudū q̄s alexād' calcari pedibꝰ iuſſit. Adiuuabāt inſuꝑ eos multū ignes quos accenſos hēbant ſed tn̄ mortui ſunt ex ipſa niue quingenti milites quos alexād' iuſſit ſepeliri. Sed ſubito ſuꝑuenit pluuia maxīa que ſalus illoꝝ et liquefactio nimis fuit. Poſtmodū ſuperuenit

160

nubes maxīa et obſcura ſub qua ſine claro ſole per tres dies fu
erūt eo ꝙ ſuꝑ eis pendebat et poſt triduū cadere ceperūt de celo
facule ardētes quaꝝ incendio oīa tentoria cōburebant. Et ſtatī
alexand̾ faciēs dijs ſuis victimas et orans eos ſerenitas de celo
reddita eſt.

De bragmānis et quō alexander venit ad eos.

ET exinde āmoto exercitu veīt ad fluuiū magnū gazen
et caſtrametatꝰ eſt ibi. Et reſpiciētes vltra ipſū fluuiū
viderūt duos vel tres homīes quos iuſſit interrogari
alexāder indica lingua qui eēnt At illi dixerūt. bragmāni ſumꝰ
Alexand̾ enī habuerat maximū deſideriū loqui cū bragmānis.
ſed tranſire nō poterat fluuiū cū exercitu excepto menſe iulij et
auguſto eo ꝙ oī tp̄e apparebāt ibi ypotauri multi et ſcorpiones
et cocodrilli exceptis p̄dictis menſibꝰ. Neſcit̾ qua de cauſa hijs
menſibꝫ ibidē nō appareant Cūq̃ʒ vidiſſet alexander qꝛ nullomō
tranſire poterat ipſū in fluuiū. rogauit vnum ex bragmānis vt
veniret ad ſe. Qui ſtatim cū parua nauicula nauigans venit
ad eū. Cui dedit alexander quandā epiſtolā vt portaret ad regē
bragmānoꝝ cōtinentē ita.

Epiſtola alexandri ad didimū regē bragmānoꝝ

REx regū alexander filius dei regis hamonis et regine
olympiadis didimo regi bragmānoꝝ gaudiū. Audiuiꝰ
enī pluries ꝙ vita vrā et mores veſtri multū ſunt ſeparati
ab alijs hoībꝰ etiā vt nullū adiutoriū queratis neq̃ʒ de t̾ra neq̃ʒ
de mari ꝙ nūq̄ credimꝰ. Sʒ ſi hoc veꝝ ē multū eſtis mirabiles
hoīes in virtute et ſapiētia. Vnde ꝑ has lr̄as vos rogādo mādaꝰ
vt ſi veꝝ eſt hoc nūcietis nobis. et ſapient̾ faciatis. et poteſt fieri
vt ego ſequar talē vitā qualis vrā eſt. quia ſemper ab infancia
mea ſtudiū habuit diſcendi Sic etenī docemur a veſtris doctori
bus ꝙ vita nrā irrep̄henſibilis ſit ab oībꝰ viuentibꝰ. ſed quia
audiuimꝰ de vobis ꝙ ſupra ſapienciā quā didiciſtis a vr̄is docto
ribus aliam obſeruatis doctrinā ideo vos iterum valde rogo vt
ſine aliqua tarditate hoc nobis dicendo mandetis quia nullum
dampnū vobis exinde eueniet et nobis forſitā aliq̄d vtilitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

exinde accreſcet. Quia bonū et vtile eſſe dinoſcit̄ hō cōe habere
cū altero hoīe qꝛ nullū dampnū eſt hoī ſua bonitas alteri demō
ſtrati. Nā ſicut hn̄s faculā accenſam in manu accendit plures
faculas ita ꝙ ſua facula lumē nō amittit. Et ſic eciā de bonitate
hoīs ſemꝑ cōtingit. Vn̄ iteꝝ atq; iteꝝ vos valde rogādo mādaꝰ
vt ſine aliqua tarditate hoc nobis īnoteſcatis. Recepta itaq; di
dimus epiſtolā legit illā et ſtatī ſcripſit epiſtolā cōtinentē ita.

Epiſtola regis bragmānoꝝ.

Dindimꝰ bragmānoꝝ didaſculus. alexandro regi regum
gaudiū. Cognouimꝰ ꝑ tuas lr̄as ꝙ ſcire deſideras quid
ſit ꝑfcā ſapiēcia q̄ meliꝰ ē oī re. Quia impator qui neſcit
ſapienciā nō dn̄atur ſubiectis. ſ; ſubiecti dn̄ant̄ illū. Tn̄ impoſſi
bile nobis videt̄ ꝙ vos poſſetis tenere vitā et mores noſtros. qꝛ
nr̄a doctrina plurimū a vr̄a diſcordat. Quia nos deos nō colimꝰ
ſicut vos. neq; vitā quā vos tenetis tenemꝰ. Deinde ſi voluiſſem
tibi ſcribere vitam et cōſuetudinē noſtrā nō eſſ; aliud niſi tēpus
ꝑdere eo ꝙ nō tantū nō poteris imitari vitā noſtrā ſed nec quidē
tēpus habēdi legendi ſcripta nr̄a cū ſis mō occupatus in cauſis
belloꝝ. Nos enī bragmāni ſimplicē et purā vitam ducimꝰ.
Nulla peccā facimꝰ et nolumꝰ plus habē niſi quantū racio eſt
noſtre nature. Oīa patimur et ſuſtinemus. Et illud dicimꝰ eſſe
neceſſariū qđ non eſt ſuperfluū. Apud nos licitū nō eſt arare et
vomere campū et terrā ſeminare boues ad currū iūgere et recia
in mari mittere aut venacionē facere ſiue de quadrupedibꝰ ſiue
de volatilibꝰ. Ad habūdanciā enī annonā habemꝰ. Nullā autē
annonā querimꝰ ad mānducandū niſi quā mater terra ꝓducit
ſine hoīs labore. De talibꝰ cibis implemꝰ menſas noſtras qui
nobis nō noceant. Et eciā de ipſis cibis nō implemꝰ multū ven
trē noſtrū quia illicita eſt apud nos ventris extenſio. Et ꝓinde
ſumus abſq; egritudine et dū viuimꝰ ſemper ſanitatē habemꝰ.
Nullā medicinā nobis facimꝰ et nullū adiutoriū querimus pro
ſanitate noſtroꝝ corpoꝝ. ſ; tm̄ termino vno mortis noſtrā vitā
finimꝰ. Quia nō viuit vnꝰ plꝰ alio et ſcđm ordinē mortalitatis
vnuſquiſq; termino mortis ſuccedit. Aliquis autē ex nobis nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

indiget calefacere igni propter frigus. Nullū dolorem corpora
noſtra ſenciunt et ſtamus nudo corpore ſemper cōtra ventum.
Deſideria corporis non facimꝰ ſed omnia per paciencıā ſuppor
tamus. Tu autē imperator oīa vincis. ſed iſtos inimicos quos
intra corpus tuum habes ſi fortis es vince. Et ſi iſtos occideris
quos intra corpus tuum habes iam forciores inimicos habere
non poteris. ſed propter hanc cauſam pugnas cū inimicis quos
foris habes vt nutrias illos inimicos qui intra te ſunt. Nos
deniqꝫ bragmāni omnes inimicos quos in corpore habemꝰ occi
dimꝰ et ideo inimicos quos foris habemꝰ non timemus nec in
adiutoriū contra illos quemq̃ꝫ inuocamus neqꝫ de mari neqꝫ de
terra ſed ſecuri ſine timore viuimus Corpora noſtra de frondibꝰ
arboꝝ cooperta habemus fructus eaꝝ comedimus lac mandu
camus aquā de rabulneo flumine bibimus. laudes deo ſemper
canimꝰ. et deſideramꝰ vitam futuri ſeculi. non deſideramꝰ audire
cauſas que ad vtilitatē non pertinent. Non multū loquimur.
verūtamē quādo loquimur nō dicimus niſi veritatem et ſtatim
tacemus. Diuicias non diligimus quia cupiditas inſaciabilis
cauſa eſt que ſolet ad paupertatem reducere homines cum non
poſſet finem acquirendi facere. Nulla inuidia inter nos eſt.
nullus inter nos forcior altero et cū paupertate quā habemus
diuites ſumꝰ quia cōis eſt paupertas. Nobis litem nō facimus
arma nō apprehendimꝰ per cōſuetudinē habemus pacem non
per virtutem Judicia non habemꝰ. quia malū non facimꝰ vnde
ad iudicia ire debeamꝰ. Vna lex eſt cōtraria noſtre nature quia
nullā miſericordiā habemꝰ vel facimꝰ. quia non facimꝰ cauſas
vnde miſericordiam requirere debeamꝰ. culpas dimittimus vt
per eas dimittat deus peccata noſtra. Nec damꝰ diuicias nrās
pro peccatis noſtris ſicuti vos datis. nullum laborem facimus
qui ad auariciam pertineat. membra noſtra libidini non tradi
mus adulteria nulla cōmittimus nec aliquod vicium facimus.
vnde ad penitenciam ire debeamus ſicut vos qui mala facitis
et per penitenciam lauamini. Sic loquimini intra vos con
tra ipſa mala que facitis ſicut contra inimicos ſoletis loqui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

De factis nichil querimꝰ quia oīa recta facimꝰ. Subitaneam
mortē nō patimur per ſordida facta aerem nō corrūpimꝰ nullū
veſtimentū varijs coloribꝰ tingimꝰ. femine noſtre nō ornantur
vt magis nobis placeāt nec ipſum ornamentū ꝓ pulchritudīe
cōputant quia nolūt eſſe pulchriores pro ornamētis ſed tantū
in ea natura in qua ſunt eſſe volunt. Nam quis poteſt mutare
opus nature. Qḋ ſi quis mutat criminoſus eſt. Balnea nō fa
cimꝰ nec aquā calidā ad lauandū corpora nrā preparamꝰ ſed
calorem ſolis accipimꝰ et de roze infundimur. nullū hominē in
ſeruicio habemꝰ nō dn̄amur ſup hoīes qui ſunt nrī ſiles. nā cru
delitas maxīa ē opprimere hoīem ad ſeruiciū quē nobis natura
in fratrē dedit qui eciā ab vno patre celeſti creatꝰ ē ſicut et nos
ſumꝰ. Petram in calcem nō reſoluimꝰ ad edificandū nobis do
mos habitatorias. neqꝫ paſcua de terra facimꝰ. In cauernis āt
et ſpelūcis monciū habitamꝰ vbi nullus ſonus ventoꝝ audit᷑.
et vbi nulla pluuia timet᷑. In terra dormimꝰ abſqꝫ omni ſollici
tudine. Nos enī tales domꝰ habemꝰ in quibus dum viuimus
habitamus et dū morimur hēmus eos ꝓ ſepulchris. Nos aūt
ad negociandum per mare non imus vbi multa pericula ſuſti
neamus. quia qui illuc nauigant multa mirabilia cognoſcunt
nos autē non diſcimus vt bn̄ loquamur ſed per ſimplicitatē oīa
dicimus que numqꝫ permittit nos mentiri. Scolas phoꝝ non
frequētamus in quoꝝ doctrina diſcordia ē. et nichil certū aut ſta
bilē ſed ſemper mendacia ꝓferunt᷑. Sed illas ſcolas frequētamꝰ
in quibus bonā naturā diſcimus et que demōſtrāt nobis hoc ꝙ
in ſcripturis oſtendit᷑ et que eciā nō docent nos aliquē ledere ſed
ſcdm verā iuſticiā iuuare docent et nō diſcimus in eis cauſam
que nobis triſticiā aliquā ꝑbeat. Ludū nullū amamus et ſi ſcire
volumus aliqḋ ad ludū ꝑtinens. legimꝰ facta p̄deceſſoꝝ nrōꝝ
et cū debemus ridere et gratulari incipimus flere et triſtari. tamē
ridemus cū aliqua videmus in quibus delectamur et que āmira
mur valde et hoc eſt celū optime reſplendere ſtellas et ſolem rubi
cundū in ſuo curſu radijs eius illuminare totū mūdū. Videmꝰ
eciam lucere per noctē lunā in ipſum celū poſitam creſcentē et

et decreſcentē in ſuo lumine. et tonitrua atqꝫ fulgura et alia
mirabilia que nobis dōmino non nocent. Videmus ſemper
mare in colore purpureo eſſe et quando tempeſtas in illud
ſurgit non diſſipat vicinam terram noſtram ſicut in veſtris
partibus facit. ſed amplectitur eam ſicut ſororem ſuam et ibi
cotidie videmus natare genera piſcium et ſaltum dare et lu
dere delphinos necnon delectamur videre florentes campos de
quibus in noſtris naribus ſuauiſſimus odor aſcendit vnde
oculi noſtri delectant᷑ videndo et replent᷑ corpora noſtra omni
bonitate. Similiter delectamur in optimis locis ſiluarum et
fonciū et pratoꝝ virenciū vbi audimus cantilenas diuerſas
et videmus diuerſas varietates auium. Hanc āmiracionem
ſemper habemus et noſtra natura hanc conſuetudinē querit.
Vnde credimus hoc imperator quoniā ſi has tenere volueris
dura tibi eſſe videbuntur. Si autem ipſas tenere non vultis
noſtra culpa nō eſt. quia omnia vnde nos rogādo mandaſtis
per has litteras vobis ditigimꝰ. Sed tamen ſi vobis placet
diamꝰ aliquantulū de veſtra doctrina eo ꝙ noſtra vobis dura
videtur. Vos deniqꝫ aſyam et europam. et affricam in paruo
tempore cōcludere dicitis Vos lumen ſolis deficere dicitis dū
curſus ſui terminos armis exquiritis. vos pactoli atqꝫ herimi
fluuios ſplendidos auro fulgentes a colore cōſueto extraneos
reddidiſtis vos nylum fluuiū bibendo a ſuo curſu minuiſtis.
vos demonſtraſtis horribilem occeanum nauigare hominem
vos tartareum cuſtodire. i. canem cerbrum ſcopire poſſe precio
confirmaſtis. vos eciam manducātes multum ieiuni ſemper
remanetis. vos interficitis in ſacrificio filios veſtros. vos
facitis adulterare matres veſtras. vos mittitis diſcordias
inter reges et principes. Qui ſunt humiles eciam per vos
ſuperbi facti ſunt. vos ſuadetis hominibus vt nequaquā
ſufficiant eis terrarum ſpacia. ſed celi quere habitacula
prouocatis. Non poteſtis teſtimonium accipere a deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

ioue et ꝓſerpina vrā quā colitis| quia illa multos viros ſecū cō
cūbere facit. vos hoīes nō dimittitis viuere in ſua libertate ſed
pro ſeruis illos habetis. Vos recta iudicia non iudicatis. iuſtos
cōdempnantes et impios iuſtificātes. vos facitis mutare leges
per veſtros iudices. Vos dicitis multa que debēt fieri que nō fa
citis. vos aliū ſapientē nō tenetis niſi qui facundiā habꝫ loqn̄di
omnē ſenſum veſtrū in lingua vrā habetis et tota vrā ſapiēcia
in ore veſtro cōſiſtit et q̄muis ptātem habeatis in lingua veſtra
loquendi multo tn̄ meliores ſunt illi qui bn̄ tacere ſciunt. Vos
aurū et argentū colligitis et deſideratis habere magnas domos et
multos ſeruos et tm̄ nō plus mādūcatis et bibitis q̄ mādūcat
et bibit alī homo. Oia tenere vultis et oīa tenēt vos vt ſeruos.
Sola ſapiencia bragmānoꝝ vincit vos in omnib9. Quia ſi bn̄
cōſideratis oīa illa mater vos genuit que et lapides et arbores
procreauit. Vos ornatis ſepulchra vrā et in vaſis gēmaꝝ cineres
vrōs reconditis. Quid enī peius poteſt eſſe q̄ oſſa que terra re
cipere debet incendere. Vos ea incenditis et nō dimittitis vt in
ſinu ſuo recipiat terra que genuit. ideo delectabilē ſepulturam
miſeris hoīb9 tollitis. Dicāt hoīes quale meritū vrīs amatorib9
poſt mortē redditis. Nos ī honorē deoꝝ pecudes nō occidimus
neq; templū facimus vbi ſtatuā aureā vel argenteā ponam9 de
qualicūq; deo ſicut vos facitis. neq; altaria de auro et gēmis fa
cimus fieri. Vos enī talē hētis cōſuetudinē vt de omnib9 bonis
veſtris honoretis deos vrōs vt exaudire vos debeāt. Nos intelli
gimus q̄ deus nec precio nec ꝓ ſanguine vituli neq; ꝓ ſanguīe
yrci aut arietis exaudiat aliquē deprecantē niſi per bona opera
que deus diligit. et per verba oracōis deus exaudiuit depcantē
hominē quia de verbo tm̄mō exaudit homo q2 ſil'is eſt deo. Nam
deus verbū eſt et verbū iſtud mundū creauit Et per hoc verbū
oīa viuūt. Nos autē hoc verbū colim9 hoc audim9 hoc amam9
Nā et deus ſpūs et mēs eſt et ideo nō amat aliud niſi mundā
mentē. Quapꝓpter nimiū vos eē inſipiētes dicim9 eo q̄ natura
vrā celeſtis ſit et cum deo habeat cōmunitatē et ſorditatis illā
adulterijs et fornicacōib9 et ſeruitute ydoloꝝ. Vos iſtas cauſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

amatis. ſcilicet adulteria et fornicaciones et facitis quecumqꝫ
vultis facere et dū viuitis mundi nō eſtis. et poſt mortē exinde
tormenta ſuſtinetis. Vos deniqꝫ ſperatis deū habere propiciū ꝑ
carne et ſanguine quē offertis illi. vos nō ſeruitis ad vnū deum
ſolum qui ſolus regnat in celo ſed ad multos deos. Vos tātos
deos colitis quāta mēbra habetis in corꝑe. Nam hominē dicitis
eſſe mundū paruū et ſicut corpus hoīs habꝫ multa membra et
diuerſa ita dicitis diuerſos deos in celo conſiſtere. Et ſicut vnā
quāqꝫ partē corporis diuiſam habetis per ſigna propria ſic ſin
gulis victimas occiditis et noīa exquiſita illis donatis ſacrificā
tes eis. Mineruā eo ꝙ fuit inuentrix maloꝝ opeꝝ dicitis de ca
pite iouis natam et tenere ſapienciā. Proinde dicitis eam tenere
ſūmitatē capitis. Iunonē eo ꝙ fuit plenꝰ iracūdia dicitis eſſe deū
diſcordie. Martē eo ꝙ fuit preſes belloꝝ dicitis eſſe deū pectoris
Mercuriū eo ꝙ multū loquebat dicitis eſſe deū lingue. Herculē
eo ꝙ duodecī mirabiles virtutes fecit dicitis eſſe deū brachioꝝ.
Bachum eo ꝙ fuit inuentor ebrietatis dicitis eſſe deū gutturis
et ſic ſtare ſupra guttur ſicut ſtaret ſupra cellaria vino plena.
Cupidinē eo ꝙ fuit fornicator dicitis tenere facē ardentē faculā
cū qua accendebat libidinē. vnde dicitis eſſe deū iecoris. vbi habi
tat maxīa pars ignis corporis. Venerē eo ꝙ fuit mater luxurie
dicitis eſſe deam mēbroꝝ genitaliū. Totū enī corpus hominis
diuiditis inter deos nullamqꝫ partē corporis vrē poteſtati relin
quitis et nō agnoſcitis quia corpora vrā vnus deus qui ī celis
eſt creauit. Verūtamē nec graciā exinde vobis reddūt dij veſtri
ſicut liberis hominibꝰ ſed ſicut colonis et ſubiectis. Imponunt
vobis tributū quia eis diuerſa tributa a vobis offerunt. Marti
offertis apꝝ. bacho offertis yrcū. iunoni pauonē. ioui taurum.
apollini cignū. veneri columbam. minerue noctuā. cereri ferra.
mercurio mella. herculi altaria ex frondibꝰ arboris ornatis. Et
ſi neceſſitas vobis euenerit non queritis cōe ſacrificium nec coīa
templa ſed vnuſquiſqꝫ vnū deum propriū aſſequit vnuſquiſqꝫ
autem deus de hijs quos colitis. ſiue auem ſiue frumenta ſiue
quadrupem ſiue aliam quācumqꝫ cauſam conſecratam habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

Jn illis eſt ergo poteſtas ipſoꝝ nō in corꝑe vrō. Et quō dicitis
illos deos habere ptātem in corpore veſtro qui nō hn̄t ptātem in
aīalibꝫ que offerunt eis. Certe indigna vota dijs vr̄is offertis
et digna tormenta poſt mortē ſuſtinetis propter vrōs errores.
Reuera nō rogatis adiutores ſed carnifices qui mēbra vrā per
diuerſa tormenta diuidūt. Neceſſe eſt enī corporibꝫ vr̄is tanta
ſuſtinere tornamēta quātos deos dicitis hr̄e ptātem ī corporibꝫ
vr̄is. Vnus deus facit vos fornicari. alter manducare alt̄ bibē
alter litigare. Omēs vobis impant et vos omnibꝫ ſeruitis. Et
rectū eſt vt vos ſeruiatis tantis dijs pro tantis malis q̄ facitis
et quia nō vultis ceſſare a malis ideo ſeruitis talibus dijs qui
vobis imperant mala facere. Si vero exaudierint vos dij veſtri
de hijs que poſtulatis ab eis dampna faciūt in aīa vrā qꝛ non
rogatis illos niſi de malo. Si aūt vos nō exaudierūt erūt vobis
cōtrarij dij veſtri. ergo ſi vos exaudierūt ſiue nō ſemꝑ nocēt vobis
Jlle autē dee vr̄e que furie dicunt̄ peccā hominū per furorē poſt
mortē vindicāt. Hec ſūt illa tormēta que doctores veſtri dixerūt
vobis que vos vel mortuos veſtros ī illo ſeculo cruciant. Etenī
ſi bn̄ vultis cōſiderare nullā peiorē cauſam p̄t aliquis in īferno
ſuſtinere q̄ȝ illā quā vos modo ſuſtinetis. Et quanta ſimulacra
dicūt doctores vr̄i eſſe in infernu tanta ibidē vos tormenta ſuſti
nere oportet. Nūc eadā penā patimī quia vigilatis ꝓpter cōmit
tenda peccā. ſ. adulteria et fornicationes furta et hijs ſilia. Dicit̄
autē a doctoribꝫ veſtris q̄ȝ ſit infernꝫ et tartarus qui ſemper ſitit
et nūq̄ȝ ſaciat̄. et vos tartareā cupiditatē habetis acquirendi et
nullomō ſaciamini. Dicunt enī cerberꝫ eſſe in inferno qui habet
tria capita et nūq̄ȝ ſaciat̄. et ventrē veſtrū ſi cōſpicere vultis eidē
ſimilis eſt cerbero quia mādu cando et bibendo minime ſaciat̄.
Dicūt ſimilit̄ qd̄ oīa alia que ſunt ī inferno ſi cōſiderare vultis
ſunt pro vr̄is tormētis ordinata. Heu vos miſeri qui talia īnu
merabilia poſt mortē tormēta ſuſtinere debetis. Recepta itaq̄
alexander hac ep̄la iratꝫ eſt valde ꝓpter iniuriā deoꝝ ſuoꝝ quā
ipſa ep̄la cōtinebat ſꝫ tn̄ ſcripſit ei epiſtolā cōtinentē ita.

Epiſtola alexandri ad didimū regē bragmānoꝝ ſcd̄a.

164

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

REx regum alexander filius dei regis hamonis et regine
olympiadis. didimo bragmānoꝝ ꝛc gꝛi dicendo mādam⁹
Si vera ſunt omīa que vos dicitis ergo ſoli vos eſtis in
mūdo boni hoīes eo ꝙ nulla mala facitis vt dicitis quia non ha
betis in cōſuetudine facere ea que humana natura facere ſolꝫ
Qđ dicitis pccm̄ eſſe omne qđ nos facim⁹ et ꝙ diuerſas artes
quas facimus peccata eſſe denūciatis et vultis deſtruere omnes
cōſuetudines quas humana natura hacten⁹ habuit. Sꝫ pcerto
ſciatis ꝙ hmōi vitā veſtrā nō ex virtute. ſed ex cōſuetudine con
tinetis. Quia ſcđm veſtrā cōſideracionē deos vos eſſe dicitis aut
inuidiā contra eos habetis ꝙ iſta dicitis. Tamen nō ꝑtermittā
vobis ſcribere aliq̄ de ordine vite vr̄e q̄ de vrā ſcriptura poſſum⁹
cōſiderare. Dicitis enī quia nō habetis cōſuetudinē arare terrā
et ſeminare nec vites ponere aut edificia pulchra facere. In hoc
igitꝰ manifeſtatis quia ferrū nō habetis cū quo laboretis vt ita
poſſitis facere vt nos facere cōſueti ſum⁹. Nauigacionē aliūđ
habere nō poteſtis. et ideo neceſſe eſt vt paſcami herbis et durā
vitā ducatis ſicut pecora. Nūquid nō lupi hoc faciūt cū enī nō
poterint predare carnē quā māducent ſaturantꝰ de terra propter
famis penuriā. Qđ nos veſtrā terram nullaten⁹ requirim⁹. hoc
idcirco nō facimus quia veſtra ſapiencia non eſt niſi de penuria
quā habetis et in veſtris finibus ſemper ipſa penuria dn̄atur.
Si autē nos in veſtris finibus veniremus ad habitandū efficere
remur pauperes vobis ſimiles. Non eſt ergo laudabile homini
viuere in anguſtia et paupertate. ſed viuere ī diuicijs tēperate
laudandū eſt. Sed tamen ſi laudandi eſſent in āguſti oppreſſi
ceci et claudi deberēt ſemꝑ oēs cōmendari et laudari. Dicitis eciā
qꝫ femine vr̄e nō ornantꝰ et pro pondere hēant ornamentū. ſilitꝰ
dicitis vos non eſſe fornicatores et adulteri. Mirandū hoc foret
ſi hoc volūtarie faceretis. Nō tn̄ volūtarie facitis hoc ſed propter
ieiunia multa et ideo et vos et ille ī caſtitate ꝑmanetis. Dicitis
eciā ꝙ ſtudiū diſcendi nō habetis mīaꝫ nō queritis neqꝫ eā alteri
facitis. oīa hic coīa hētis cū beſtijs. Quia ſicut beſtie nō habent
naturā vt aliqđ bonū ſenciāt et ita nec in aliquo bono delectantꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

Nobis autē racionabilibꝰ hoībꝰ liberū eſt arbitriū ad bn̄ viuendū
Dedit autē nobis nr̄a natura multas blandicias. Impoſſibile
enī eſſet ſi tanta mūdi magnitudo nō haberet moderamentū te
pacionis et ꝙ poſt triſticiā nō adueniat leticia. Nam ſicut volū
tas hūana varia ē que eciā cū celi mutacione mutatᷣ. ſic et mēs
humana et natura diuerſitate gaudet. Qn̄ ſincerꝰ dies ē volū
tas et mens in gaudio ſunt et qn̄ dies tenebroſus eſt voluntas
et mens triſtes ſunt. Similiť et ſenſus hoīs ꝑ diuerſas etates
mutantᷣ. Homo quidē ab infancia gaudet in ſimplitate in iuuē
tute in p̄ſumpſione et in ſenectute in ſtabilitate. Multa enī de
lectabilia ſunt que ad vſum noſtrū occurrūt. Alia viſu. alia au
ditu. Nunc ſaltibus delectatᷣ homo nūc cantilenis. Aliquādo de
ſuauitate odoris aut in guſtu dulcedis. Alia odoratu. alia tactu
alia guſtu vel ſapore ꝑcipimꝰ aut ī tactu mollicie. Honos frcūs
de terra habemꝰ. habundanciā piſcū de mare habemꝰ. delicias
auiū de aere terra habemꝰ. Si autē volueris te ab hijs omnibꝰ
abſtinere aut ſuperbus iudicaberis eo ꝙ tali modo nos deſpicias
aut inuidioſus quia eo ꝙ ſumꝰ meliores ꝙ̄ vos donata nobis
eſſe videtᷣ. Hac de cauſa ſcd̄m meū iudiciū dico de vita et moribꝰ
vr̄is qꝛ plus ꝑtinēt ad ſtulticiā ꝙ̄ ad ſapienciā. Recepta vero di
dimꝰ hac epl̄a legit eā et ſtatī ſcripſit epl̄am cōtinentē ita.

Epiſtola didimi ad alexandrū.

Didimꝰ bragmānoꝝ didaſcalus alexādro regi gaudiū
Nō ſumꝰ habitatores iſtiꝰ mūdi quaſi ſemꝑ hic eſſe de
beamꝰ. ſed ſumꝰ peregrini in iſto mūdo qui morimur
et pergimꝰ ad domū patrū noſtroꝝ nec grauant nos peccata
noſtra neqꝫ manemꝰ in tenebris peccōꝝ. Nullū furtū facimus et
per nr̄am cōſcienciā quā habemꝰ in publicū eximꝰ. Nō enī dicaꝰ
ꝙ dij ſumꝰ aut inuidiā cōtra deū habeamꝰ. ſed nō facimꝰ ea que
contra deum ſunt. Deus autē qui oīa creauit in mundo varias
operatus eſt cauſas. Quia mundus ſtare nō poterat ſine varie
tate multaꝝ reꝝ. et dedit arbitriū hoībꝰ diſcernendi oīa que in
mūdo ſūt. Quicūqꝫ enī dimiſerit peccōra et ſecutus fuerit meliora
hic deus nō eſt ſed amicus dei. Nos enī qui ſancte et cōtinenter

165

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

viuimus dicitis quia dij ſumus aut inuidiā deo habemꝰ. Iſta
ſuſpectio quā de nobis hētis ad vos ptinet. Nam tm̄ iſlati eſtis
diuina proſperitate quā habetis ꝙ obliti eſtis dei qui eciam ex
hominibꝰ nati eſtis. Ponitis ſup vos gloriā et ornamēta veſtiū
et aurū in digitis vrīs portatis ſicut femine faciūt. Unde ſciatis
quia de hac cauſa. ſ. ꝓſperitate vrī vos maiores eſſe putatis ſed
ad veram vtilitatē nichil vobis prodeſſe noſcatis. De auro enim
nō ſunt beate anime, neqꝫ humana corpora eodem ſaciant̄. ſed
magis de eo grauant̄. Nos antē qui verā vtilitatē cognoſcamꝰ
et ſcimus naturā auri qn̄ imus ad fluuiū vt bibamꝰ aquā ipſū
aurū cū pedibꝰ calcamꝰ. Aurū enī nō tollit nec famē neqꝫ ſitī
neqꝫ egritudo neqꝫ ſanitas veniūt hominibꝰ propter aurū. Si
ſitierit homo et biberit aquā tollit̄ ei ſitis. ſīliter ſi eſurīt et mā
ducauerit ceſſabit fames eiꝰ. Si igit̄ de eadē natura aurū eſſet
cū acceperit illud homo ſine dubio ceſſaret cupiditas eiꝰ. Sed
ideo malū eſt aurū quia cum incipit homo illud acquirere plus
creſcit cupiditas illiꝰ. Quicūqꝫ enī apud vos eſt malus homo
honorat̄ et colitur a vobis. Et hoc ideo facitis qꝛ oīs homo cum
tali hoīe delectacionē habet qualis et ipſe eſt. Uos enī dicitis ꝙ
deus nō curet mortalia. Edificatis tēpla ſtatuitis altaria et de
lectamī cū occidunt̄ ibi pecora et noīa vrā nominātur ibi. Hoc
factū eſt auo tuo. hoc factū eſt patri tuo cūctiſqꝫ parentibꝰ tuis
hoc eciā et tibi promittit̄. Propt̄ quā cām veracit̄ dico qꝛ ad id
ꝙ vos agitis eo et nos qui recta videmꝰ vultis adducē et eciā
ad cecitatē vrē tēbroſe cōſciē. Sꝫ nos dimittite vt plangamꝰ ꝑ
vrīs miſerijs. Nā in tm̄ preſtat homo hōi ꝑdito bn̄ficiū in quātū
plangit eum. Quicūqꝫ nō ſe agnouerit eſſe mortalē tali honore
remunerabit̄. ſicut ſalamoneus qui iuſte occiſus eſt a fulmine
remuneratus ē. Uel enteladius qui cū per vim ꝑſumſiſſet celū
aſcēdere ſepultura eiꝰ igneo monte detinetur ſicut fabule phoꝝ
veſtroꝝ dicūt. Relata alexandro hac epiſtola cōtinuo ſcripſit ei
epiſtolam continentē ita.

Epiſtola alexandri ad didimū regem bragmānoꝝ tercia
et quō fecit erigi columpnam marmoream.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [2]

